



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

De Muta in Patauia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

SS. Ego *Tyemo* Subdyacon. SS. Ego *Rittherus* Scholasticus *Frisacensis* & Subdyaconus SS. Datum in Palatio *Patavien:* per manum *Tagenonis* notarij & presbyteri Ecclesiæ *S. Andreæ* in *Austria* iuxta montes *Comagenos*. Anno incarnationis Dominicæ *M. C. LXXXVIII.* Indictione *X.* sub Domino *Vrbano* Papa III. regnante Domino *Friderico* imperatore gloriosissimo, Anno regni eius *XXXVII.* Pontificatus verò Domini *Theobaldi XII.*

De Muta in *Patavia*.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Wolfkerus* Dei gratia *Pat.* Episcopus. Omnibus Christi fidelibus in perpetuum, Episcopali officij dignitas exigit loca venerabilia, atque religiosas sanctæ conuersationis hominum personas pio amore complecti, eorumque iustis postulationibus aurem benignam apponere. Quapropter carissimi in Christo fratris nostri *D. Gerungi* Vener: Præpositi in *Osterhouen.* sanctæq; illius loci congregationis precib. quæ nobis sedulo exhibet seruitijs inclinati simul & iuge sacrificium cottidianæ laudis quod ibi solempniter Deo offertur considerantes ad eiusd. diuini seruitij incrementum & fac. cõuentus augendum subsidium, iustitiam fori nostri in *Pat.* quod *Marchtrecht* dicunt, iustitiam quoque nostram de *Thelo.* quod *Muta* vocatur in nauibus ipsorum victualia portantibus eis in perpetuum cum cõiuentia fratrum nostrorum de *Choro* & ministerialium in perpetuum remisimus, quatenus sicut ibi iugiter salutaris hostia imolatur, ita vt nostri iugis memoria habeatur, Et vt hæc nostra remissio semper inconuulsa eidem loco permaneat, atque inuiolabiliter obseruetur, hanc cartam nostro sigillo roboratam eis conferibi & signari præcipimus. Testes etiam subterannotari mandamus. Ego *Heinr.* Decanus laudo & subseribo. Ego *Meingotus* Archidiacon. & Præpositus I. & SS. Ego *VVernherus* Archidiaconus I. & SS. Ego *Sacerdos* SS. Ego *Arnoldus* Subdyacon. SS. Ego *Dietmarus* SS. Ego *Ortolfus* Præpositus SS. Ego *Rucherus* SS. Ego *Heinricus* SS. Ego *VVernherus* SS. Ego *Meinhardus* SS. Ego *Arnoldus* SS. Ego *Dyemo* SS. Ego *Heinr.* SS. Ego *VValchun* SS. Testes etiam *Richkerus* de *Nesen.* *Ekkolfus* de *VVarte.* *Chunr.* *Dapifer* *Syboto* de *Aemhartstorff.* *Albertus* pn. *Tyemo* de *Puechenberg.* *VWilhelmus* de *Stein.* *Meinbalmus* *VValchun* de *Schabtar.* *Pernoldus* *Ruffus.* *Heinr.* Comes de *Ortenberch.* *Altmannus* de *Helmgersberg.* Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis *M. C. XCV.* Indictione *XIII.* *XI* *Kl.* Septemb. Anno Pontificatus Domini *Celestin* PP. V. anno, Imperij Dom. *Heinr.* Imperatoris inuictissimi V. anno & Pontificatus nostri V. feliciter Amen.

f. incorn.

Donatio libertatis sine *Muta* & *Thelon.*

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Fridericus* Dei gratia Dux *Austria* omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quia valde nobis pertimescendum est, ne nos qui plus cæteris in hoc mundo accepisse videmur ab auctore mundi grauius iudicemur. Idcirco sanctos & religiosos viros in locis venerabilibus degentes eos ibi Domino seruiantes summa veneratione colendos & de facultatibus nostris adiuuandos dignum ducimus quatenus in retributione iustorum per eorum orationes fieri mereamur præmio beati qui sumus pietate deuoti vt recipiamus pro paruis magna, pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna. Magna igitur instantia Domini *Gerungi* venerabilis Præpositi in *Osterhouen.* simul & fratrum eius precibus deuicti diuinæ mercedis intuitu & pro remedio patris nostri qui eis in expeditionibus suis grauite nocuerat, & omnium parentum nostrorum iustitiam nostrâ quæ vulgo *Muta* vocatur